Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ponendi animā meā. et iterū sumendi eā. Nemo eā tollet
a me. sed ego pono eā. Hęc potestas tristis erat. quando
faciebat qđ ñ faceret nisi uoluisset. Potestate eñi fecit
ñ conditione. quia ipse uoluit. ñ quia iudeus potuit.
Transfigurauit ergo in se infirma membra corporis sui.
Et forte de illis dictū est. qui seminant in lacrimis in
gaudio metent. idē de infirmioribus. Non eñi in lacrimis
seminabat ille ipsius xp̄i magnus p̄co. quando dicebat.
Ego iam immolor. et tempus meę resolutionis instat.
Bonū certamen certaui. cursū consummaui. fidem seruaui.
Deceteto sup ē mihi corona iusticię quā reddet michi
dñs in illo die. iustus iudex. quasi diceret. Reddet michi
messem. cui me ipsū impendo sementē. Hęc uerba quan
tū intelligimus frs exultantis sunt. ñ plorantis. Nunqd
quando ista dicebat. in lacrimis erat. Nonne similis erat
hilari datori. quē diligat ds. Ad infirmos ergo referamus
hęc uerba. ut nec ipsi desperent qui in lacrimis semina
uerunt. quia et si seminauerunt in lacrimis transiet do
lor et gemitus. transit tristicia cū fine. et uenit lęticia
sine fine. Veruntamen kmi ecce quomodo mihi uidet
ad omnes ptinere qđ dictū est. Qui seminant in lacrimis
in gaudio metent. euntes ibant et flebant mittentes se
mina sua. uenientes aūt uenient in exultatione tollen
tes manipulos suos. Audite. si adiuuante dño explicare
potuero. quē admodū ad oms ptineat. euntes ibant et
flebant. Ex quo nascimur. imus. Quis eñi stat. Quis non
ex quo uiā intrauit cogit ambulare. Infans natus est.